

P V I S



1 6 0 3

PROPEMPTICA
QVIBVS

IVVENEM DOCTRI-
NA ET VIRTVTIBVS PO-
LITISSIMVM DN. GEORGI-
VM VVEISKOPFFIVM Bregensem ex
Academiâ Marchionum V. Idus
Aprileis Anno 94. in patriam
abeuntem prosequus
ei sunt

AMICI

ETEOSTICHON,

*Diem, mensem & annum ingressi
itineris continens:*

*Patria te Cta petens, Via Dri LoCa Clara reLinqVIs,
NonVs Vt AprILIs fVLst ab aXe Dies.*

I. H. E.



FRANCOVRTI

Excudebat Andreas Eichorn.

PROPEMPTICON
AD DN. GEORGIVM WEIS-
kopffium Bregensem Silesium.



ST patriam, patriæq; DVCE Stibi cura
videndi
Quos, precor, vt Triados seruet & ora-
net, amor.

Te generosa suo dignatur BRESLA favore
Spondeo, sic Lygiae gratia parta Domus.
Et meritò; niueis quem candor amabilis alis
Cingit, & ingenij quem decorauit honos,
Qui canit Heroum diuino carmine laudes,
Dignus is Aonia laude, favore DVCEVM.
Vade, memor nostri, tua gloria crescat, & illic
Creuit vt in Viadri, nomen honosq; solo.

Andreas VVencelius D.

IVVENI ELEGANTIORIBVS
LITERIS CVLTISSIMO DN.

GEORGIO LEVCOCARENO.

Bregensi,

VBI FRANCFVRTO BRESLAM INQVE
PATRIAM PROFICISCERETVR



*Ergo iter à Musis ad Musas, qui
rigat hortos*

*Ad vada Francorum, Fons
quoq; BRESLA tibi*

*Tu quoq; nobilitas variè Parnas
sia Tempe,*

Hic etiam ciues pascit Apollo suos.

Dij quoq; sunt isthic: aut vt probiore loquamur

Voce, DEVS vigili lumine Præses adest.

Ergo iter à Musis ad Musas docte GEORGI

Suscipe: BRESLA bonis diues, amica Bono est.

Inuenies forsan qui te melioribus auctum

Ingenij donis, ad meliora vebant.

SOL patriæ, PRINCEPS, angusto munere, curam

Angustam studijs subtrahet ipse tuis.

Sive, quod VNIV Stibi spes satis vna, beabit

In studijs curas en DEV S ipse tuas,

Musa tibi ad Musas comes ibit, ad alta potentum

Tecta, Fides, Pietas: vin magis? I, fruere.

Christoph. Pelargus D

A 2

EIDEM

E I D E M.



Vando igitur superis ita visum, docte
GEORGI,
Marchiacæ ut linguas culta lycea
scholæ;

Et patriam repetas: ut tandem præco Tonantis
De verâ doceas relligione alios:

Non aliter possum, nec verò debeo: quam te
Pone sequi votis ominibusq; pijs.

Scilicet hoc fuci mens nescia, pectus apertum
Poscit, & ingenuus candor, & alba fides.

Ifelix igitur; patriam pete sospes; honorem
Lætus adi; & sacrum fer patienter onus.

Sic DEVS in terris tua dicta & facta secundet:

Sic DEVS in Cælis teq; tuosq; beet.

M. Christoph. Neander Professor Academicus
aurogediensi in lectu sbb.

A L I V D.

Multa videre juuat; peregreq; iuisse celebris
Est laus, quæ multis commoda magna dedit:

Visere Cyrrhæi sacrata palatia PHOEBI

Plus juuat, isto plus utilitatis habens.

Hinc justè duplum modò VTRVMq; secute GEOR

Laudis habes, duplumq; utilitatis habes; (GI,
Ieflix:

*I FELIX ergò, patriosq; reuise penates, (Tua.
Et PATRIBVS PATRIÆ vine placeq;
I, videant PATRES sophiâ candescere MENTEM
Ut caput; hincq; alijs ritè placeto Viris.
Sit comes & SOPHIA, & PHOEBVS, sit &
optima PALLAS,
Sit, decus, ac ingens Gloria magna, comes.*

M. Iac. Guntherus Celich. Sil.

*VOTVM
IN ABITVM LECTISS. DOCTISS.
IUVENIS DN. GEORGII VVEIS-
KOPF. consecratum*

*à
IOSIA NEANDRO BOLESL.*

*Q*uid tua candorem spirant, doctamq; Mineruam
Nomina? quidue iuuat singula nosse caput?
Est Iouis ætherei Pallas prognata cerebro:
Temporis huic juncta est, candida nata, comes.
Sunt duo: sunt vnum: duo, sic ratione putantur:
Vnum, sic vnâ nomina voce ferunt.
Candor inest rebus: summâ sapientia mente
Quas cernit: certis & regit ora modis.
Ista tuo surgat cerebro: Regat ista GEORGI,
Cor caput, ossa, manus: nomen vt ille regit.
Et quia pandis iter: Phœbæaq; munera tecum:
Aufers: Phœbeo numine cinctus, eas.

A 3

Cando-

*Candorem nobis præstes; tibi junge Mineruam.
Candescet sapiens sic caput vsq; tuum.*

HenR. Schultetus SIL.

**GEORGIO VVEISKOPFIO V.
ERVD. AC VIRTVT. ORNATISS.**
S.S. Theologiæ Candidato, amico & fautori
meo eximio, mens. April. 1594. benè
CHRISTO fortunante in patri-
am abeunti, salut. pro-
speritat.

L *Eucoris ornâsti præclara Theatra GEORGI
Antehac, ornârunt te sed & illa satis;
Hactenus ornâsti Viadri quoq; Tempia Mineruæ,
Teq; hæc ornârunt non sine laude tuâ;
Doctas, namq; tibi illa dedérunt nosse Camænas,
Hæc nosse æterni jura dedére DEI;
Gratia sic gratos reddit, doctrinaq; doctos,
Et scola moratos morigerosq; facit;
Inunc & sat, Mome, Lycea Academia rode,
Inunc & Clarium Zoile, sperne chorum;
At tu, qui socios studijs benè cultus & arte,
Deseris, æternùm, dulcis amice vale.*

PRO.



PROPEMPTICVM
ORNATISSIMO ET DO-
CTISSIMO DOMINO GEOR-
gio VVeiskopf amico & commen-
sali suo carissimo Scriptum

ab

Urbano Sobolo Francofordiano.

Frigida cum dulcis mulcebat viscera somnus,
Armatis cingor protinus ecce viris,
Arma reformidans repeto vestigia retro,
Conturbata celer concutit ossa tremor.
Adproperat sumptis miles fortissimus armis,
Et dextram stricto dissecat ense manum.
Quot fudi lacrymas oclusis mæstus ocellis,
Vulnera curaret qui mea, nullus erat.
Excutior somno, non læsam sentio dextram,
Auguror instantis signa fuisse mali.
Signa fuere mali, sit, quamuis somnia certum,
Sæpe suo ludo ludere posse viros.
Optimus ecce meus peregrinas visere sedes
Pergit, & accelerans dicit, amice, vale.
Qui bonus arte viros, juvenis qui moribus omnes,
Innumeros superat qui pietate senes,
Ille meam blando mulsit solamine mentem,
Ille meis voluit tristis adesse iocis.

Hunc

Hunc mea dextra notat, socios nam sæpe fideles
Officium dextræ posse subire patet.
Vfus amicitie quo te cedente caremus,
Tot lacrymosa quidem fundere verba facit.
Sed quia sic visum Iouæ cur cedere fas est,
Vade, jubente DEO nostra querela tacet.
Tu tibi diuino surgentem Numine spartam,
Aggredere; hoc quamuis crescat honore labor.
Omne tibi tempus, maneas modò pectore constans,
Neue retardabit me via longa, dabo.
Si non omne vacet tibi tradere tempus amicus,
Tu tamen exiguum tradere perge mihi.

FRIDERICI IENTSCHII
SVID. S.

Quò fugis hinc! quænam menti sententia fixa
est!
O animi memori pars per amanda mei;
Non tibi sunt remora, blandissima tempora veris!
Non te noster amor rumpere cogit iter!
Dulcis amice mane, charos cur linquis amicos!
Quorum jam dudum est cognita certa fides.
Sed frustra verbis conor tardare paratum;
Fata jubent claræ linquere tecta scholæ.
Perge age, & haud dubio veteres cole pectoris artes,
Ingenijq; tui præmia digna refer.

Aligeo



Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





LIV

53



PROPEMPTICA
QVIBVS

VVENEM DOCTRI
A ET VIRTVTIBVS PO
TISSIMVM DN. GEORGI
VV EISKOPFFIVM Bregensem ex
Academiâ Marchionum V. Idus
Aprileis Anno 94. in patriam
abeuntem prosequus
ti sunt

AMICI
ETEOSTICHON,
*Diem, mensẽ & annum ingressi
itineris continens :*

*teCta petens, VIADrI LoCa CLara reLIqVI,
NonVs Vt AprILLIs fVLst ab aXe Dies.
I. H. E.*



FRANCOFVRTI
Excudebat Andreas Eichorn.



ad